

gradus primus: vt sciam⁹ quis sit nobis ver⁹ pat⁹: eūq; solū
pietate debita psequamur: huic parcam⁹: huic deuotissi-
me fuiam⁹: p hui⁹ glia carceres cathenas et mortē ipam
pstemnamus: in eo pmerēdo actus omnis ⁊ cura ⁊ opera
collocent. Et sic ppter hūc ⁊ humanitas p̄suanda: primi
salus exquirēda: corp⁹ nostrū p illius anime salute certe
exponēdū est: vt id eiusdē Lactātij vez appareat: **Q**uod si
q̄s succurrere perituro potest ⁊ nō succurrit occidit. **C**ū
ergo hec humāitas dei sit imago ⁊ simulachꝝ: homini be-
nefacere obligamur: p̄stare scilicet auxiliū op̄p̄ssis ⁊ labo-
rantib⁹: impartiri victū nō habētib⁹: p̄cios n̄ os a picul⁹
⁊ anime ⁊ corporis liberare: nemini vim inferre. **N**ā vt opti-
me ait **L**icero: hominē nature obediētem homini nocere
non posse. Ergo si nocere homini cōtra naturā est: pdes-
se homini fm naturā sit necesse est: q̄d q̄ nō facit: hominis
se appellatione dispoliat. **N**ec amici differentiā aut inimi-
ci facere debemus. **L**auēdumq; maxime ne cui nos inimi-
cemur: sed vt ait **G**regorius p̄p̄t̄ deū ⁊ inimicū nob ob-
ligamus: his ergo virtutibus ⁊ flammis accensi secure ad
martyriū ire poterim⁹: ⁊ clamare: **D**ignis q̄ semp ardes:
⁊ nunq; extingueris. **A**mor q̄ semp ferues ⁊ nūq; tepe-
scis. **A**ccēde inflāma cor meū: vt tor⁹ ardeā in te: ⁊ velut
alio igne succensus carnificū tormēta p refrigerio sūma.

Quib⁹ respectib⁹ debem⁹ semp p̄mptos esse

Ad martyrium La. vii.

His ergo q̄ in p̄cedēti capitulo diximus tres
possumus colligere causas ⁊ respect⁹ q̄ ad mar-
tyriū nos semp p̄mptos habere debeāt. **A**mor
sez dei nostri ⁊ primi. **E**t (vt supra declarauimus) he tres
cause vna sūt. s. charitas: ⁊ ea charitas q̄ foris timorē ex-
pellit. **N**ā vt ait **J**ohes: **Q**ui timet nō ē p̄fect⁹ i charitate
charitas em̄ expellit timorē. **I**do dixit **L**icero: **N**emo iu-
stus p̄t esse: q̄ mortē: qui dolorē: qui exiliū: qui egesta-
tem timet. **E**rgo si hec non timeant beneq; opeent: iusti

Licero.

**Johānes
Licero.**

merito dici debent: quod verissimū est: si christi amore
fiat. **U**t namq; sic Augustinus ad Anastasium: **I**nimicus
est iusticie qui pene timore nō peccat. Amic⁹ aut̄ erit ei⁹
si ei⁹ amore nō peccet: tunc em̄ vere timebit peccare. **N**ā
qui gehēnas metuit: nō peccare metuit: sed ardere. **I**lle
autē peccare metuit: qui peccatū sicut gehēnas metuit.
Ipse est timor dei castus p̄manens in seculū seculi. **N**am
ille timor pene tormentū habz: ⁊ nō est in charitate: eūq;
p̄fecta charitas foras misit. **H**ec Augustin⁹ dicto loco: q̄
nobis clare ostendit: q̄ timore dei casto omnīū aliaz rez
timorē nocuū expellere possumus. **I**deo optime ait **L**a-
ctantius: **Q**ui deum metuit: vniuersa non metuit. **A**d qd̄
p̄bandum inquit ille argumentis op⁹ non est. **S**pectata
sunt enim semper: spectanturq; adhuc p̄ orbem pene cul-
torū dei: in quibus excruciandis noua ⁊ inuisitata tormē-
ta excogitata sunt. **N**am de mortis generibus horret ani-
mus recordari: cū imaniū bestiaz vltra ipam mortē car-
nificina seuerit. **H**as tamē execrabiles corpoz laceratio-
nes felix atq; inuicta patientia sine vllō gemitu pertulit.
Hec virtus omnibus populis atq; p̄uentus: ⁊ ipsīs torto-
ribus miraculū maximū prebuit: cū patientia crudelitas
vinceretur: atq; hanc virtutē nihil aliud q̄ metus dei fe-
cit. **H**ec Lactanti⁹ clare nobis ostendens timore sancto
dei omnes alios timores expelli. **U**nde Ambrosi⁹ libro
de bono mortis. **Q**uid aliud inquit a te o homo queris:
nisi vt timeas deū: requiras eum: post ipm ambules: ⁊ cō-
p̄hēdas vias eius? **H**ec ille. **T**lex ex hoc omnipotētis dei
timore zelus q̄dam alius diuini honoris consurgit: q̄ vr-
gente causa: quibuscūq; nos periculis exponere nō formi-
damus: ⁊ tunc nō curamus ignominiā: non tormēta senti-
mus: non mortē deniq; ipsam timem⁹: sed ad huiusmodi
pericula hoc diuino zelo succensī animo intrepido duci-
mur ⁊ viri. **U**t **M**oyes qui cū de monte synai reuersus
esset appropinquassetq; ad castra: et vitulū aureū: quem
ingratorū ille exercitus adorauerat: vidisset: ⁊ cantantū

Augustin⁹.

Lactantius.

Ambrosi⁹.

Moyes

choros audiisset p̄iecit de manu tabulas: ⁊ sfregit eas
 ad radicē montis: arripensq; vitulū quē fecerunt cōbus:
Sinees. sit ⁊ cōtriuuit vsq; ad puluerē. **S**inees similiter fili⁹ **E**lea
 zari filij aaron: cū vidisset q̄ vnus de filijs isrl̄ intrauit co
 ram fratrib⁹ suis ad scortū madianitē: vidēte etiā **M**oyse
 ⁊ om̄i turba isrl̄: qui stebāt ante fores tabernaculi: surre
 xit de mediō multitudinis: ⁊ arrepto pugione p̄fudit am
 bos simul viz scz ⁊ mulierē in locis genitalib⁹. **I**deo me
 ruit sibi dici a dño loquēte moysi: **E**cce do eis pacē fede
 ris mei: ⁊ erit tā ipsi q̄ semini illius pactū sacerdotij sem
 piternū: qz zelatus est p̄ deo suo: ⁊ expiauit scelus filioꝝ
Johan. de
 nicostrato. isrl̄. **S**ed qd̄ de beato **J**ohāne: viro nobili vr̄bis nicome
 die dicemus: q̄ nomis xp̄i zelo cōmotus: libꝛū in quo cru
 delia aduersus xp̄ianos cōtinebant̄ edicta: iniecta manu
 detraxit atq; discerp̄sit. vnde ⁊ om̄ia suppliciorum genera
Catherina. hilari vultu ptulit. **Q**uid de **K**atheria nobilissima s̄l̄r̄ di
 cere possumus: que zelo dei accensa nō sustinens xp̄i blas
 phemias: sp̄ote se inter infideles illis tradicens iniecit:
 pro quo ⁊ tāta illi martyria sunt subsecuta: q̄ta in ci⁹ vite
Christina. historia describunt. **C**hristina similiter blasphemias p̄fis
 in xp̄m audiēs: eūq; sic in eā crudelē perpendēs: de pro
 prijs carnib⁹ in faciē illius piccit. **H**oc ḡ xp̄i zelo ⁊ nos
 hoc necessario tpe succendamur: obstemusq; p̄ posse p̄fi
 dis infidelibus: q̄ a xp̄i blasphemia nō cessantes p̄secutio
 nes etiam maximas nobis ingerunt. **D**ebet ⁊ amor nostri
 promptos nos ad martyriū: ad minus necessitate instan
 te tenere: vt tūc hac tp̄ali ac miserabili vita reiecta: ⁊ dia
 bolo cū pompis suis calcato (q̄ quotidie vt leo rugiens
 circuit: querēs ex nobis quē deuoret) vitā cōsequi possi
 mus eternā: ⁊ geminā p̄ martyrio coronā recipere valeas
 mus. **Q**uid em̄ miserius hac vita: quā p̄bi plures: quē di
 cimus infernū asserēbant: nec aliū posse esse multa obsti
 natione disputabāt. **Q**uid iocū di⁹ vita eterna excogitari
 p̄ōt: in qua **D**avid vt hinc discedere: ⁊ ibi aduolās req̄s
 scere posset: pennas querebat accipe. **S**icut scriptum est:

Quis dabit mihi pennas sicut colūbe: et volabo et requie
scam: ubi enim volatus tendit ibi requies. Qui fugit secus
lū: volat. Ecce inquit elōgavi fugiēs: et mansi in solitudine.
Euolauit g̃ dauid sicut nocticorax in domicilio: et sic pas
ser solitarius in tecto. Et Ambrosius. li. de fuga seculi ait:
Euolauit x̃ps in corpis passiōe: vt sub ymbra alarū suarū
p̃tegeret p̃ios nationū. Illud vero corpus sequamur vt
nos resurgamus: vbi enim corpus ibi et aquile. Qui nō pōt
vt aquila volare: volitet vt passer. Qui nō pōt ad celū:
volet ad montes: fugiat autē valles q̃ cito corrūpant hu
more: et ad mōtes transeat. Transiuit ad montē segor ne
pos abrae: et saluus factus est: q̃ autē nō potuit ascendere
affectu femineo reclinata salutē amisit. Appropinquate
mōtib⁹ eternis dñs dicit p̃ Micheā p̃phetā: Surgite hinc
q̃ nō est vob̃ refrigeratio p̃pter spurritiā: corruptiōe cor
rupti estis: et p̃secutionē passi estis. Et dñs dicit tūc q̃ in iu
dea sunt ad mōtes fugiāt: vbi mons syon et ciuitas pacis
hierlm̃: nō t̃renis s̃ viuif̃ p̃structa lapidib⁹. Hec ille. Pro
ximi s̃lr̃ humanitas et amor p̃mptos nos (si p̃fecti esse vo
lum⁹) et ad martyriū debet h̃se paratos. Et qm̃ illi⁹ salu
tē vt ñfam querere obligamur: nulli labori: periculo: aut
torzorū generi: nō morti vt illi⁹ lucremur aīam parcēdū
erit. Hec est sūma charitatis p̃fectio dicēte dño Iesu x̃po
in euāgelio **Johis**: Maiorē charitatē nemo habet: q̃ vt
aīam suā ponat q̃s p̃ amicis suis: hoc est: p̃ proximis suis:
quos xp̃iani vt semetip̃os amare obligant. Et cū oēs no
bis hoīes proximi sint: oēs amare et nulli penitus inimicari
tenemur: oīm g̃ amici erimus: si p̃fectā charitatē adipisci
curam⁹. Pro omnibus ergo sine discrimine vt salui fiant
animam nostram ponere debemus. Hec enim solus ille
qui me diligit amicus meus est: sed omnis quem ego di
ligo: q̃uis ex parte sua mihi ipse inimicetur. Et hoc est
quod dicit domin⁹: Diligite inimicos vestros: et benefa
cite his qui oderunt vos. Et iterū: estote misericordes:
sicut et pater vester misericors est. Ut ergo Augustini

verbis pcludēdo vtamur. Perfecta charitas h̄ est: vt d̄s
paratus sit pro fratrib⁹ mori: **H**ec ille. **I**deo vt supra di-
ximus illius pfectionē mors sola ostendit: que virtus in
martyribus et sanctis alijs pluribus mirabiliter viguit.
Nam hui⁹ virtutis feruore cōcit⁹ **T**obias: cōtra tyrāni edi-
ctū sepelire mortuos nō cessabat. **H**ec virt⁹ fecit vt **J**ohā-
nes ille cognomento elemosynari⁹ patriarcha alexādrin⁹
om̄ia pro pauperib⁹ cibādis ⁊ vēderet ⁊ exponeret. **H**ec
eadē fecit vt **P**aulinus nolane ecclesie antistes cū pro re-
dimēdis ecclesie sue captiuis om̄ia vēdidisset: nec quicq̄
plus illi restaret: seipm̄ pro oue redimēda in p̄ciū dede-
rit: **H**ec **S**ebastianū martyrem gloriosissimū (vt xpianos
abilius fauere posset) sub militari ⁊ gētū veste tenebat.
Hec fecit vt **L**yrriacus dioceletiani imperatoris sorores si-
ne timore baptizaret. **D**ifficile esset illos numerare: q̄ p-
rimorū humanitate siue charitate: pericul⁹ ⁊ morti se ex-
posuere. **V**erum nō pigebit ea in exemplū admirandum
charitatis proximi breuiter annotare: que diffuse scripsit
Gregorius in dialogorum libro tertio. **Q**u seuentibus
per italiā longobardis: quendā cū in nursia puincia viz
simplicē presbyterū reperissent nomie **S**āctulū ac pene
idioram: ob illius bonitatem sibi parcētes: in ecclesiuncu-
la sua morari patiebantur. **C**ontigit vt diaconum quen-
dam captū illi ac ligatū quodā die tenerēt: quē ⁊ inflice-
re loquebant. **A**duesperascēte autē die vir dei Sanctu-
lus ab eisdem lōgobardis petijt: vt relaxari ei⁹q̄ vita cō-
cedi debuisset. **Q**uō posse facere omnino negauerūt. **L**ūq̄
mortē illius deliberasse eos cerneret: petijt vt sibi ad cu-
stodiā tradi debuisset. **C**ui sub hac cōditione cōcesserunt
vt si hic aufugiat pro eo tu ip̄e moriaris. **A**t ille hac fide
libētissime diaconū suscepit. **T**erz cū media in nocte lon-
gobardos somno graui depressos conspiceret: excitauit
diaconū dicens: **S**urge ⁊ cōciter fuge. **C**ui ille respōdit:
Pater fugere nō possum. **R**az si fugero p̄ me sine dubio
ipse morieris. **S**ed vir hic dei omnino illū ad fugiendum

Tobias.
Johā. ele
mosynari⁹.

Paulinus.

Sebastianus

Lyrriacus.

Gregorius

Sanctulus

compulsi: fugit itaq; diaconus. Hanc factu Sactulus vt
deceptus in medio logobardoz stabat. Qui cu diaconu
ad interficiendu petissent ⁊ a presbytero aufugisse audi-
ret Sactulu capitali sententia punire decreuerut: Quod
cu vni comissum fuisset: illic alijs astantibus: ⁊ ille manu
cu gladio eleuasset: in altum siccata manus inclinari non
potuit. Cuius miraculi gratia: ⁊ Sanctulu absoluerut: et
ille eius precibus manus sanitarē recepit. Sed audi que
ad collocutorē suū Petru diaconu de hui⁹ Sactuli cha-
ritate locutus est Gregorius. Petre inquit pensa si potes
quis spiritus ille fuerit: qui eius tam simplicē mentem te-
nuit: atq; in tanto virtutis culmine crexit. Ubi em ei⁹ ani-
mus fuit: qm mori pro proximo tam cōstanter decreuit: ⁊
pro tēporali vita fratris vnus desperit suā: atq; sub gla-
dio ceruicē terēdit: Que ergo vis amoris illd cor tenuit:
q p vnus salute pximi mortē suā non expauit: Scimus
certe q ipse venerabilis vir Sactulus: ipa quoq; elemēta
litteraz bene nō nouerat: legis pcepta nesciebat. Sed qz
plenitudo legis est charitas: legē totā in dei ac pximi di-
lectione fuauit. Et qd foris in cognitione nō nouerat ei
intus viuebat in amore. Et q nūq; fortasse legerat: quod
de redēptore nostro Johānes ap̄lus dixit: Quonia; ille
pro nobis animā suā posuit: sic ⁊ nos debem⁹ pro fratrib⁹
nostris animas ponere. Tam sublime aplicū pceptū fa-
ciendo magis q; sciēdo nouerat. Cōparemus si placet cū
nostra indocta sciētia: illius doctā ignorātiā. Ubi hec no-
stra iacet: vbi illius disciplina eminet. Nos de virtutibus
vacui loquimur: ⁊ quasi int fructifera arbusta positi: o do-
ramus poma nec manducam⁹. Ille virtutū fructus cape-
re nouerat: quis os in verbis ordinare nō nouerat. Hec
Gregori. Sed nec ego aliō simili charitate psumatū exē-
plū ptermittere valeo: qd sactissim⁹ vir Ambrosi. eloquē-
tissime in libris de virginitate ad sororē descripsit. Ubi d
milite mentionē facit: qui vt xp̄i virginis saluaret pudici-
tiam sententiē capitali se exponere nō dubitauit q deinde

Gregorius.

Ambrosius

Ambrosius

obprobrio liberata: cū illo de suscipiēdo martyrio certa
uit. **Hic** em̄ **Ambrosi**⁹ q̄ quedā apud antiochiā virgo fu-
it que omniū fugiebat publice visionis aspectū. **Sed** q̄ s-
romagis viroz oculos declinabat: tāto ipudicos ampli⁹
inflāmabar: quia pulchritudo audita sed omnino nō vi-
sa: ⁊ maior q̄ sit esse creditur: ⁊ ardenti⁹ cupitur. **Itaq̄** cō-
tra eam concitatur persecutio: ⁊ q̄ christiana esset a mali-
uolis accusatur. **Quare** producitur virgo sancta: ⁊ cogi-
tur aut idolis imolare: aut lupanaribus cunctis exponi.
Tunc sancta puella secuz dicere cepit: hodie aut martyr
aut virgo eris: s̄ vt perpendo mihi virgo esse nō pmittit̄:
nisi virginitatis auctor negetur. **Sed** quomodo ait vir-
go eris: si meretricē deam colueris? **Ergo** si nō pōt aliter
esse: tolerabilius est mēte virginē esse q̄ carne: vtrūq̄ bo-
num si liceat: sed si nō possumus: saltē deo caste simus: vt
nō idola adoremus. **Et** vt plene psequit̄ **Ambrosi**⁹ exē-
plis **Racab** meretricis accensa: q̄ qz in deū credidit salu-
tē inuēit. **Et** **Judith** (que si nō se ornasset vt adultero pla-
ceret pudicitia ⁊ patriā pdidisset) ait: spero q̄ si fuauero
christo fidem: fuabo ⁊ castitatē: ⁊ flens deoq̄ se cōmēdāf
ducta est ad lupanar: sitq̄ conuersus magn⁹ luxuriosozū
ad locū. **Certāt** igit̄ inter se omnes q̄s p̄mus predā inuas-
dat. **At** illa manibus eleuatis ad celū pie orauit ad deū:
q̄ sicut virgo ad lupanar ducta fuerat: sic virgo eo iuuan-
te discederet. **Et** (vt sequit̄ in hec verba **Ambrosius**) vix
orationē cōpleuerat: ⁊ ecce vir quidā miles: viāz añ om-
nes arripuit: ⁊ ad virginē ait: **Queso** te xpi virgo: ne pa-
ueas: frater tuus huc veni animā tuā saluare: non pdere.
Salua ergo me vt ip̄e salueris. **Inuicē** igit̄ vestimēta mu-
temus: qz tua mihi ⁊ pueniūt mea tibi: tua vestis me xpi
faciet martyrē: sed mea te virginē cōseruabit. **Induere**
itaq̄ vestes meas ne te persecutor agnoscat: sumeq̄ in ca-
pite pileū qui crines abscondat. **Polent** enim crubescētes
exire qui lupanaria intrauerūt. **Et** quid plura? **Mutatis**

Racab.
Judith.

vestibus illa foras aufugit. **A**t illi qui foris stabat credentes militem eruisse: vnus ex eis qui videbat immodestior introiuit. **A**t vbi virum illic pro virgine vidit: sic dicere secum cepit: **Q**uid deus est istud? puella ingressa vir videtur. **E**cce miles est factus ex virgine. **A**udiueram sed non credebam quod christus aquam mutasset in vinum: sed ecce mutauit et solum. **I**taque iam hinc fugiamus ne desinamus esse quod fuimus. **N**unquid et ipse forte mutatus sum: qui aliquid cerno quam credo. **I**taque facto clamore: miles cui pro bonitate quam fecerat corona aurea debebatur tanquam sceleris esset reus: est morti adiudicatus. **I**taque ductus ad locum supplicij: fertur illuc puellam quod totius cucurrisse: et ambo simul certasse de morte. **N**am miles pro se talia allegabat: **E**go per sententiam sum iussus occidi: quare dum me sententia tenuit te absoluit. **A**t sancta puella quasi legibus esset edocta: talia militi dat responsa: **N**on ego te vadem mortis elegi: sed predam effugere pudoris optaui. **N**am et in me est lata sententia: que pro me: siue ob mei causam est contra te lata. **E**rgo moriar innocens: ne moriar sanguinis tui rea: sufficiunt membra morti: que non sufficiebant pudori. **E**go obprobrium declinaui: non martyrium tibi concessi. **Q**uid si tu preripis mortem mihi: non me redemisti: sed potius decepisti. **E**rgo subripere noli mihi beneficium quod dediisti. **S**ic ergo (inquit Ambrosius.) de morte ambo cotederunt: amboque vicerunt: quia ambo ad martyrium puenerunt: ut non sit eorum corona diuisa: sed aucta. **H**ec ille. **Q**uare conclusiue a doctoribus sanctis terminatum est: quod nos deum plus quam ceteros homines: et plus quam nosmetipsos amare obligamur. **E**t ultra hec proximi anima plus quam corpus nostrum. **A**ddunt et aliqui causam aliam que promptos nos semper ad martyrium habere debet: et maxime si clerici simus ecclesiastice scilicet libertatis defensio: et ecclesie saluatio. **Q**uod ad primam certe causam spectat: qua dei honor et zelus ad nos teneat. **E**t sic per ecclesiastice libertatis

Matheus defensione mortē subijisse. **Matheū** ap̄lum legim⁹: eo q̄ vir-
ginē quā sacro velamine xp̄o consecrauerat: regi irthaco
vt in matrimonio copularetur p̄sentire noluit: secutusq; ma-
gistrū suū qui ait: **Bon⁹** pastor dat animā suā p̄ ouibus
suis. **Thomas** similiter cantuariensis archiepiscop⁹: vt sue
ecclie iura defenderet mortē forti animo subiuit.

**Nō nemo impudenter ⁊ sua virtute confidēs
nisi tractus a deo p̄sumat accedere ad martyri-**

Cauendū sup̄ omnia in vo- (um. Ca. viii.)
lūtate martyrii (vt etiā supra tetigimus) ne qd
qd nostrū nō sit sed dei: ab illo vsurpātes: nob̄
ipsis appropriare audeamus. **Nō** enī omnium
est martyrium: sed illorum tantum qui xp̄i spiritu inflam-
mati ad hoc agunt. **C**ognoscūtq; discrete se ad tormētōz
⁊ mortis tollerātā nō nisi a dō dispositos eē. **P**erp̄dūtq;
etiā sine ip̄o defecturos: atq; dicūt: **Q**uis intrabit in san-
tuariū tuū dñe ad p̄stēdas potētias tuas: nisi tu apias?
Quis autē apiet si tu claueris? **I**deo p̄stebimur tibi in ti-
more tuo: **Q**uia nō in arcu meo sp̄abo: ⁊ gladius me⁹ nō
saluabit me: sed dulcedo tua ⁊ benedictio tua: ⁊ illumina-
tio vultus tui. **U**nde ait **M**aximus in s̄mone martyrū:
Charitas hominis nō est a semetip̄o: sed salubriter dona-
tur a xp̄o: quā xp̄s donauit martyribus suis. **I**deo si quis
existimat se aliqd habere seu eē cū nihil sit: seip̄m seducit.

Maximus. **E**t **C**yprianus de dñica oratiōe: **N**emo suis virib⁹ fortis
est: sed de dei indulgētia ⁊ misericordia tutus est. **N**on er-
go p̄sumptione eleuemur: ne nobis vt **A**donie filio **D**a-
uid ex agipth cōtigat: q̄ eleuabat dicens: **E**go regnabo: ⁊
fecerat sibi currū ⁊ equites ⁊ quinquaginta viros q̄ ante eū
currerēt: de quo nec meruit a patre dauid corripī: sed **S**a-
lomone legitime substituto: regno adonias totalit̄ priua-
tus est. **P**etrus similiter cū int̄ alios ap̄los indiscrete cla-
tus diceret dño: **E**t si omnes scādalizati fuerint: ego nū-
q̄ scandalizabor. **I**lli re euenit quod audire promeruit.
Amen dico tibi: anteq̄ gallus cantet: ter me negab. **N**ō

Petrus.